

Enea Silvio Piccolomini, Bischof von Siena, an NvK. Er berichtet von den Friedensverhandlungen zwischen dem Kaiser und König Ladislaus Posthumus, den böhmischen Angelegenheiten und dem Plan des Kaisers, nach Schwaben zu reisen.

Reinschrift (aut.): WIEN, ÖNB, CVP 3389 f. 105^r. Zur Hs. s.o. Nr. 3371.

Drucke: Palacký, *Urkundliche Beiträge* 55 Nr. 41 (*Auszüge*); Weiss, *Aeneas Sylvius Piccolomini* 116 Nr. 10; *Wolkan, Briefwechsel III* 1, 140f. Nr. 70.

Erw.: Weigel, *Kaiser, Kurfürst und Jurist* 100; *RTA XIX* 1, 515-517; K. M. Setton, *The Papacy and the Levant (1204-1571)* II, Philadelphia 1978, 149f.

Reverendissime in Christo pater et domine colendissime. Post humilem recommendationem. Pacem inter cesarem et regem Ladislaum factam per tabellarium apostolicum vestre dignationi notam feci, si modo tabellarius ad vos venit. Pendere tamen ratificationem significavi. Ea nunc exspectatur, nam divi Georgii festum termino prefixum fuit.¹⁾ Speramus bene, nihil adversi audivimus. Utinam non fallat nos opinio. 5

In Bohemia nove res in dies oriuntur. Conventus iam Prage haberi debet, ut de rege recipiendo concludatur.²⁾ Sunt, qui malignantur et qui datum ordinem effringere cupiunt. Quid in rem sit fidei christiane, non plane intelligo; deus ipse, que meliora erunt, apparabit.

De Turcho neque audio³⁾ quicquam neque audire cupio, quando rumor ab eo veniens male Christianitati portendit. 10

Cesar, si pacem habebimus, estate proxima Sueviam petere avet et rei publice consulere.

Ego, si nostra Italia pacaretur, domum magis peterem, quam eum sequerer. Supplico, suadeatis apostolico culmini, omni conatu pacem Italie querat. Frustra enim obsistere Turchi conatibus studebit, nisi domum quietam habuerit.

Res Pataviensis ecclesie bene terminabitur, si pax hic habita rate erit.⁴⁾ Expecto vestro auxilio ecclesie- 15
am mihi committi. Sum vester ubique. Datum.

Servulus vester Eneas episcopus.

Korrekturen des Enea Silvio: 1 Reverendissime – recommendationem: *später von Enea Silvio getilgt.* 2 vestre: tue. 3 vos: te. 15 vestro: tuo. 16 vester: tuus. 17 Servulus – episcopus: *gestr.*

1) S.o. Nr. 3371 mit Anm. 3.

2) Der Prager Landtag war für den 23. April vorgesehen: *RTA XIX* 1, 514.

3) Zu diesem Zeitpunkt war die Belagerung Konstantinopels bereits im Gange.

4) Zum Passauer Bistumsstreit s.o. Nr. 3371 Anm. 2.